



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Naturalem hunc timorem vt vitæ custodiam accepimus; additis diuersis exemplis industriæ bestiarum in periculis vitæ subterfugiendis. Colloq. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

ANIMAE DEVOTAE. 61

lunt as fiat sed tua: id est, gratum mihi equidē foret instinctui naturæ corporeæ obsequendo, vitam retinere, nec mortem subire: tamen quia pro tuo honore perferenda est, quia tibi id faciendum videtur, quia pro salute humani generis mori me vis, sequar lubens, & ad crucem vsq; procurrā.

Naturalem hunc timorem vt vitæ custodiam accepimus; additis diuersis exemplis industria bestiarum in periculis vitæ subterfugiendis.

COLLOQVIVM XI.

PORRO cum vitam vt donum THEOL.
cæleste, & præclarum admodū munus, acceperimus, dignaq; omninò sit quam studiosè & vigilanter custodiamus, quia lex diuina id præcipit, aut saltem permittit: videndum nūc etiam est, quomodo suprema illa bonitas mortis quoq; timorem ingenerarit, vt ab eo omnia quæ vitæ ac sensus non expertia sunt, discant atq; intelligāt, quomodo cū ijs configere omniaq; ea subterfugere & pro viribus suis propellere debeant, quæ damnū sibi aliquod possunt.

C 7 infer-

inferre. Sicut enim homines eo in-
 struxit, ut si sublimior illa altiorque
 consultrix, ratio videlicet eos à vi
 faciendâ abstinere non posset, hæc
 formido mortis ut equos furibundos
 & effrenes coerceret, ac à flagitio
 barbaro & plus quam belluino sic
 ipsius nimirum homicidio potentissi-
 mē reuocaret; ita feris stimulum quē-
 dam eam esse voluit, omnibus ut vi-
 ribus ad vitæ suæ conseruationem
 conniteretur. Et est omnino hæc il-
 la quæ sensum animantium mouet, i-
 ram prouocat, ac pectus animat, ni-
 hil ut tantum esse existiment, cui non
 aut viribus resistent, aut actu se sub-
 trahant, quo vitam suam seruent ac
 tueantur. Hæc illa est quæ murem in
 Brasidam armavit, hæc paralyti so-
 lutos equis imponit, hæc fenestris
 eos eiecit, quo imminens ignis peri-
 culum euadant, quemadmodum an-
 tea recensuimus: Hæc Scarum docet
 inclusum nassis non fronte erumpe-
 re, nec infestis viminibus caput in-
 ferere, sed auersæ caudæ ictibus cre-
 bris laxare fores, atque ita retrorsum
 erumpere. Quem luctatum eius si
 for-

*Plur. de
 dictis.
 Regum.
 Timor
 mortis
 omnia
 anima-
 lia mirè
 acut ad
 sui de-
 fensionē.*

ANIMAE DEVOTAE. 63

fortè alius scar⁹ extrinsecus videat,
 apprehensa mordicus cauda adiu-
 vare nixus erumpentis conatur.
 Hæc Lupum reti circumdatum ha-
 renas arare cauda atque ita con-
 ditum transire rete. Hæc mu-
 renam maculas appetere ipsas do-
 cet, consciam teretis ac lubrici
 tergi, tum multiplici flexu laxare
 donec euadat. Hæc magistra Ichneu-
 mon non aliter quã exercitatus mi-
 les aliquis & iamiam cum hoste ma-
 num conferturus, cum aspidem in-
 uasurus est, corpus limo oblitit,
 sicque eo ad solem durato ceu lorica
 tectus inimicum suum præstolatur.
 Hæc illa est quæ implumes ad-
 huc & vix ouis exclusos pullos ab-
 dere se docet, vbi à matre miluio
 viso, clamore se moneri audiunt, at-
 que iam tum se pati animaduertunt.
 Hæc magistra columbæ hostium suo-
 rum genera norunt, & ex auiditate
 & gente accipitrum diuersa pericu-
 la sua discunt, fugiunt atque obser-
 uant. Hæc eas docet, alios ex terra a-
 uē rapere solere, alios circa arbore
 volitantē, alios sedētem in sublimi,
 alios.

*Pluta. de
 ind. ani.
 Plin. li. 8.
 cap. 24.*

*Industria
 pullorū.*

*Plin. lib.
 10. c. 8.*

alios volantem in aperto. Hac magi-
 stra Grues proficiscētes ducem que
 sequantur eligūt: in extremo agmi-
 ne vigiles qui acclament dispositos
 habēt, & qui gregem voce contine-
 ant. Excubias habēt, nocturnis tem-
 poribus lapillum pede sustinentes,
 qui laxatus somno & decidens, indi-
 gentiam coarguat. Hæc illa est, que
 boues, vbi in vitæ discrimen à lupo
 adducūtur, in agmen rotundum co-
 git, iunctisq; caudis omnes compin-
 gens, intrepidus facit ad hostem ir-
 ruētē cornibus quaquauersum ex-
 cipiendum. Hæc illa est que equos in
 circulū compellit, & capitibus sin-
 gulorum ceu centrum efficiens, cal-
 cibus & soleis ferreis inimicum do-
 cet præstolari. Hæc illa est quæ por-
 cos (quorum animam è lardo factam
 iures) adeò bellicosos, adeòq; indu-
 strios efficere solet, vt cum de vita
 sua agi vident, confusi continuò tri-
 angulum efforment, ac fortioribus
 in acie collocatis exercitū validis-
 simum constituent: alis vnde quaque
 munitis & pinguis armorum ar-
 mis circumseptis. Quis verò lepori-
 bus

*Industria
 terrestriū
 in se de-
 fendēdo.*

bus plumas addit, quis pennas pedi-
 bus illorū apponit, cū à tergo in-
 sequentium vertagorū latratus tre-
 pidi persentiscunt? Quis Ceruis cal-
 caria subdit, cū per media densif-
 simaq; nemora aut insequentis leo-
 nis rugitum, aut imminētis vena-
 toris cornu vocesq; canum inaudi-
 uēre? Quis vulpem tot stratagemata,
 tot astus & artes docet, vt cū reme-
 dium aliud non succurrit, quo vitam
 suam cōseruet, hostes fumo suo gra-
 uissimo & aura olidissima ita exci-
 piat, vt præter nasum probè delibu-
 tum ac plenum nihil ab ea reportēt?
 Quis elephanto modum dentes acu-
 endi in arboribus ostēdit? quis Rhi-
 noceroti in lapidib', in cotibus? quis
 Apros eos ad saxa subigere docuit?
 quis ijs rationem arma hæc sua ad eò
 studiosè & accuratè poliēdi purgan-
 diq; demonstrauit, quo nunquam nō
 muniti & ad bellum parati inueniā-
 tur, neq; hostium incursum inermes
 excipiant? an non auspicio & opera
 magnæ illius tutatricis formidinis
 gerunt isthæc illi & factitāt; quæ in-
 industriā eorum acuit, animum ex-
 citat,

*Plin. l. 27.
 c. 1. Plut.
 2. de Ind.
 animal.*

citat, arma suppeditat, quemadmo-
dum à Deo Creatore ei fuit commē-
datum?

*Duo exempla eiusdem materia, leonis
alterum ab equo occisi, alterum ho-
minis ex vrſi vnguibus liberati.*

COLLOQUIVM XII.

THEOL. **N**VNC vt ea, quæ super timore
mortis quem natura nobis
inſeuit, diſputata hæctenus
ſunt, exemplis noſtra ætate geſtiſa-
ſtruamus, libet mihi hoc loco ad-
modum duarum recētium hiftoria-
rum narratione colloquium hoc no-
ſtrum velut condire. Altera de be-
ſtijs duabus eſt; Altera de homine &
beſtia; vtraque autem veriſſima, ſi-
cut à verace & locuplete amicorum
meorum non nemine, qui locis vbi
ambæ contigerunt, ac tantum non
iſtis rebus interfuit, meminī fuiſſe
cum narrarentur. Primum itaque ſi-
cut dixi de leone & equa exemplum
annis abhinc credo octo & viginti,
in celebri Hiſpaniarū vrbe Sarago-
za ge-